



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 115. Regis edictum pro restaurando Senatu in Parisiensium favorem
promulgatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI. **A.C. 1594.** scriptiones, aliaque monumenta, quibus eorum, quæ Parisiis, cum hæc Urbs in foederatorum arbitrio relinqueretur, gesta fuere, memoria conservari posset. Eadem etiam die Rex, cum tranquillitate potitus Metropolim suæ potestati subjectam, seque a suis subditis amatum, & honoratum cerneret, de illorum affectu confisus copias secum adductas urbe exire iussit, relictivo duntaxat honorario satellitio.

§. CXV.

*Regis edictum pro restaurando Senatu
in Parisiensem favorem promulgatum.*

*Thuan. &
Coyet l. c.
Mem. de la
Lig. t. 6.
p. 80. & 92.*

Die vigesima octava Martii feria secunda Rex edictum, seu quamdam declarationem promulgari iussit, in qua fusius relatis omnibus, quæ gesta fuissent, præteriti delicti veniam Parisiensibus indulgit, omniaque eorum bona ærario regio adjudicata eis restituit, insuper cunctos privati pacti cum Brisfaco Comite, ut nuper memoravimus, initi, articulos ratos habuit. Eadem etiam die alio edicto ad Dovi, & Petri Amoii Consiliiarii sollicitationes Senatus, qui Parisiis remanserat, restaurabatur, quin adventus expectaretur illorum Senatorum, qui Turonibus, & Catalauni erant, quod tamen facinus

sanio-

faniores reprobabant, cauffati, quod hic honor debitus fuisset Magistratibus adeo fidelibus, qui sua bona litabant, imo ipsam quoque vitam suam pro Regis defensione exponebant.

Sæcul.XVI.
A.C.1594.

§. CXVI.

Generalis Processio in memoriam Parisinæ Urbis in Regis obsequium revocatæ.

Altera die vigesima nona ejusdem Mensis Martii, quæ ab urbe in Regis potestatem tradita erat octava, solemnibus ibidem habebatur supplicatio, in qua sacræ reliquiæ, quæ in regio Sacello asservantur, circumferebantur, præsentate ipso Rege, omnibusque Regni, suæque Aulæ Ministris, qui illius latera stipabant, præter ingentem Procerum, & Nobilium multitudinem. Intererant quoque omnes Curiæ, urbisque Magistratus, omni populo tanta frequentia confluenta, ut urbem per sex annorum bellum afflictam, ac morbis, & fame dire vastatam, proinde longe ultra mediam partem incolis suis depopulatam fuisse credi vix posset. Eadem occasione Carolus Mironus Andegavensis Episcopus in Ecclesia Cathedrali orationem prorsus eloquentem habuit: cum autem a tanta Auditorum multitudine excipi haud posset, hinc in

Thuan. l. 2.
Mem. de
l'Étoil. t. 2.
pag. 210.
Journal
d'Henry IV.
t. 1. p. 13.